



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc. Iesv Theologi

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

Cap. 16. Omnia beneficia spiritualia, quæ animabus per Angelos præstari solent, figurantur in nouo Testamento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46785)

hanc rapiēs siue illum adducens; siquidem domesticus est, & notus in palatio nec reueretur repulsam; & quotidie videt faciem Patris. Ergo huiusmodi officijs Angelus animam consolatur ac roborat. Sed concludamus cum S. Augustino: Angeli, inquit is, adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, compatiuntur patientibus.

*Soliloqu.
6. 27.*

CAPVT XVI.

OMNIA BENEFICIA SPIRITUALIA, quæ animabus per Angelos prestari solent, figurantur in nouo Testamento.

*Art. 12.
Gerson.
tract. 8
super Magnif. par.
33.*

SEPTEM hæc beneficia, quæ vt supra docuimus, Angelus in animam collocat, in nouo Testamento præsignata ac figurata fuisse docet Cancellarius Parisiensis per liberationem Petri è carcere; septem

ptem enim actus ille in hominis visitatione exercet: *Adstat, fulget, pulsat, iubet surgere velociter, soluit à catenis, educit ex carcere, liberum relinquit.* *Adstat,* vt probè consideremus & expendamus statèrâ cogitationis, quis finis nobis propositus sit. *Fulget,* vt in transitoria huius vitæ carcere vnusquisq; statum suum intelligat. *Pulsat,* incitando ad bonum, & à maligno diaboli commercio, minis, & incommodis corporalibus quasi totidem vberibus coercendo. *Iubet surgere velociter.* quod fit, dum in animo nostro obseruantiam cœlestiû mādatorum proponimus. *Soluit à catenis,* liberando à vitijs, quibus non aliter quàm inextricabilibus vinculis constringebamur. *Educit extra carcerem* aperiendo portam ferream pœnitentiæ, & ad pristinam nos iustitiam dirigendo per semitam satisfactionis. Postremò *liberos derelinquit;* in quo statu dum anima quasi in se reuerfa seipsam circumspicit, in gratiarum actionem & laudem

in primis Deitum Angeli tutoris
sui effunditur dicens, *Nunc scio verè
quia misit Deus Angelum suum & e-
ripuit me de manu Herodis, qui dæ-
monem designat, & de omni expe-
ctatione plebis Iudeorum.*

CAPVT. XVII.

DE BENEFICIIS ANGE-
lorum, concernentibus corpus,
& bona temporalia.

*Lud. de
Ponte.
med. 34.
par. 6.*

NON satis est cœlesti Custodi nostro animã illuminare, & voluntatem accendere, vt hucusque probatum fuit, nec nõ diuinis charismatib. per intercessionem suam impetratis ditare: verum etiam defendit atq; à sexcētis periculis vëdicat corpus nostrum, quia, quã ratione Augustinus docet, *Corporalia disponuntur à Deo per Creaturam Angelicam.*

*Aug. de
Trin.*

PRIMUM BENEFICI-
cium.

Primum itaq; beneficiũ corpora-
le